



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Jncipit solemne opus expositionis Euangeliorum  
dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de  
Padua ordinis frat[rum] heremitaru[m] sancti Augustini**

**Albertus <de Padua>**

**Vlme, 1480**

Feria secunda post pasca ... sermonis. xxxvi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30888**

## Sermo

orbis. aut forte habitabant in paradiso delictarum. Quarto angelus imponit muneribus: ut xpi resurrectionem annuncarent. Sed ite. festinanter. et dicte discipulis eius. ceter. et petro. specialiter. Petrum aut specialiter nominavit quia propter verecundiam negationis xpi ita erat usus: ut nisi fuisset specialiter nominatus: non presumpisset venire inter ceteros discipulos ut dicit Gregorius. vel hoc ideo. quia xpi mortem petrus specialiter abhorruerat: ut de resurrectione maxime gauderet. quia precedet vos in galileam. et ideo sequimini eum ibidem. ibi eum videbitis. non quidem crucifixum et mortuum: sed iam resurrexisse vivum. sicut dixit vobis hoc xps predixerat discipulis Mat. 26. postquam resurrexero praedica vos in galileam. praecessit dux vite. mortis triumphum gloriose deferens. Et viderunt eum discipuli in monte taboz ut dicit Mat. 28. ubi ante passionem future resurrectionis gloriae in suo corpore tribus apostolis demonstraerat. Eamus et nos in galileam. et transi egrem a terrenis ad caelestia. Et ut resurrectionis gloriae videre possimus. faciamus quod dicit apostolus Colo. 3. Si resurrexistis cum xpo: que sursum sunt querite. ubi xps est dextra dei sedes: que sursum sunt sapientia: non que super terram. Quod nobis prestare debet.

### Paria secunda post pascha:

#### Prima pars sermonis. xxxvi. A

Uo ex discipulis Hierusalem ibant ipsa die in castellum quod erat in spacio stabulorum sexaginta ab hierusalem nomine Emaus. Luce. 24. Hoc idem bene inter presertim Mat. 16. Aug. 4. passionum. Sic inquit diligunt amici: ut absentes desiderent cum molestia. et suscipiant venientes cum leticia. sed ipsa molestia absentiae alleviat memoria eorum et sermonibus. presentia vero mille motibus conversationis gratissime sic delectat animam: ut sit dimidium vite et felicitatis humane. et ideo veri amatores crucifixi et surgentis duo isti discipuli comprobant. qui ut dicit in evangelio gemebant tristitem absentiam xpi memoria ipsius et mutuo colloquio. presentiam vero ipsius licet ad horam iocunde susceperint et delectabiliter. Istius evangelii materia breviter istis duobus versibus continetur. Jungitur. ignorant. docent. ardent. preterit. instant. Ut maneat restat: discubuit. se manifestat. In hoc evangelio tria tanguntur. Primum est quomodo christus apparuit discipulis de se loquentibus. Secundum est quomodo scripturas illis apparuit in se non credentibus ibi. Et ipse dixit ad illos: o stulti. Tercia est quomodo palam se



illis manifestauerit in cena recumbentibus ibi. Et appi sūt oculi  
 eorum. Prima pars quinq; continet particulas. premitit em̄ inter  
 discipuloꝝ xpi. duo ex discipulis ihesu. quāq; essent sine dño  
 et magistro. adhuc tamen illius seruabāt imperium vim am-  
 bulantes. Hoc em̄ precepit dñs ppter tria. s. ad solaciū mutu-  
 um vt alter alteri seruiret. et vt pprie vite essent testes Eccl̄i. 4.  
 melius est ergo duos esse simul q̄ vnum. habent em̄ emolmē  
 tum societatis. si vnus ceciderit ab altero sustinet. Vnus istoz  
 discipuloꝝ nomen ponit infra: quia vocabat̄ Cleophas. alte-  
 rius vero nomen euangelista subituit. et credit̄ vt dicit Theo-  
 philus q̄ fuerit Lucas euangelista. qui ppter humilitatem se n̄  
 nominauit. hoc idem sentire videt̄ Greg. in principio moralium  
 Ambr̄o. dicit tñ sup̄ Lucam q̄ ille discipulus non fuit Lucas:  
 sed quidam alius nomine Almeon: qd̄ verius creditur. Nam  
 Lucas potius fuit discipulus apostolorum q̄ ex discipulis chri-  
 sti sicut patet per Hiero. in prologo euangelii eiusdem. et per  
 Augu. primo libro de consensu euangelistarum et per glosam  
 Exo. 25. vbi describuntur quatuor arculi arch̄ testimonii. dicit̄  
 enim glosa. q̄ Mar. et Lu. sunt in dextro latere arch̄: quia p̄  
 christi ascensionem eidem adhererunt facti discipuli apostolorum  
 nam et ipsemet Lucas in prologo sui euangelii testatur: q̄ ea  
 q̄ de xpo scripsit: n̄ vidit. sed ab hys q̄ viderat̄ tradita audiuit  
 Gre. illo libro dyalogorum. Lucas inquit clarius mihi cōstat  
 quia Luc. et Mar. euangelium qd̄ scripserunt non visu sed au-  
 ditu didicerunt. Ibant ipsa die. prima. s. sabbati et die resurrex-  
 om̄is. in castellum. Mar. dicit q̄ ibant in villam. cōsueuer̄ em̄  
 omnia mancipia et colonie que sunt extra ciuitatem ville appel-  
 lari. qd̄ erant in spacio stadioꝝ. 60. ab iherusalem. Stadium est  
 octaua pars miliarii. et dicitur stadium a stando. eoq; Mercu-  
 les vno anhelitu tantum currebat et deinde stans spirabat aerem.  
 habet aut̄ stadium centum et. 25. passus. vnde. 60. stadia  
 sunt septem milia passus ⁊ quingente. miliare aut̄ continet pas-  
 sus mille. vnde patet q̄ hoc castellum distabat a Hierusalem.  
 2. miliaris et dimidio. nomine emaus. Beda. Samus inquit  
 Nicopolis ciuitas in signis celestine: que post expugnationem  
 Judæe sub Marco aurelio anthonio precipue restaurata: cuz sta-  
 tu mutauit et nomen. nam prius dicebat̄ emaus: nunc vero nū-  
 cupatur Nicopolis. Deinde ostendit quō ambulabant isti duo  
 discipuli. ⁊ ipsi loquebantur ad inuicem. non quasi credentes vt  
 dicit. Theophilus. sed sicut stupentes in rebus extraneis. d̄ hys



## Sermo

omnibus que acciderant. s. de traditione saluatoris: de captioe  
de vberis et illusionibus: de passionibus: de emissione spūs: de  
sepultura. et de apparitione angelorum facta mulieribus. Considera  
quāto amore ista que acciderunt meditabat. quāto dolore ea loquē  
bantur: et quāto compassione ea ad infirmitatem referebant. Job. 2. Qua pro  
pter ego non pro peccato meo loquar in tribulatione spiritus mei. et fa  
bulabor cum amaritudine anime mee. ¶ Secundo ponit christi accel  
sus. et factum est dum fabularent. et fabula dicitur esse composita ex  
miris incredibilibus. quia vero isti discipuli mirabantur de hys que  
acciderant. nec ea plene credebant: maxime illud de resurrectione  
ideo fabulari dicunt. et secum quererent. querebant toto conatu  
admirari de gestis saluatoris. et pal. 15. In tota voluntate sua  
quesierunt deum: et inuenerunt eum. Non quia multa fortasse erat  
id quibus querebant admirari. s. unde potuerit esse tanta malitia  
iudeorum: ut christum traderent. Item quanta dilectionis signa christus in  
suo recessu discipulis ostenderit. Item quod futura omnia ipse preui  
derit. Item quare capientibus se non resistit. Item quanta fuerit dis  
cipulorum pusillanimitas. quod eum non defendit: sed relicto eo omnes  
fugerunt. Item quia tanquam malefactor ligatus fuerit. Item quia facies  
illa que speciosior est cunctis filiis hominum. sic fuerit conspuisio be  
data. Item quanta fuerit patientia in percussione. quanta tollerantia  
in illusionibus. quanta constantia in imperiis. quanta innocentia in  
flagellis. quanta obedientia usque ad mortem: mortem autem crucis:  
Item quod orauerit pro crucifixoribus. quod inter sceleratos deputatus  
fuerit. quod matrem discipulo commendauerit: et quod clamando spiritum  
emiserit. Item quia verus sol sub lapide clausus fuerit. Item que  
rebant ad quem deberent recurrere. ex quo ille mortuus erat in  
quem suam spem posuerat. quod facere deberent quia erant sine gube  
natore. et quam vitam eligeret: quia erant sine prece pusilli. ultimo  
querebant: an possibile esset: quod resurgeret. aut quod corpus eius es  
set ablatum. et an esset verum. quod mulieres dixerant se angelorum  
visionem vidisse ad monumentum. De hys omnibus quere  
bant ad inuicem. et querentes intrinsecus ardebant amore. et cum  
dolore ea considerabant: atque cum singultu et more mutuo ea  
colloquebantur. et ipse ihesus de quo loquebantur: appropin  
quans ibat cum illis. Ecce iuxta vulgare proverbum. quia lu  
pus est in fabula. dum ipse de quo loquuntur superuenit. dicit The  
ophilus quia propter spirituale corpus quod habebat christus:  
nulla impediebat loci distantia. quin statim adesset ubi et qui  
bus volebat. attende benignam curiositatem saluatoris. Quia  
dilectis suis. de se loquentibus: Et se desiderantibus suam



non denegat presentiam et comes vie efficitur. sic enim promiserat  
 Mat. 18. Vbi duo vel tres aggregati fuerint in nomine meo. in me-  
 dio eorum sum. Item quod querebant ad invicem. nec questiones sci-  
 ebant solvere. appuit illis: ut verus doctor discipulos instruat.  
 Deinde discipulorum describit ignorantiam. oculi autem eorum  
 tenebantur et impediebantur. ne eum agnoscerent. habebant enim pas-  
 sionem in oculis: quod grece aurisina dicitur. latine vero audentia. et  
 est duplex. Vel quando rem presentem non videmus. vel quando visam non  
 cognoscimus. quoniam frequenter rem presentem non videmus. Vel  
 quando visam non cognoscimus quoniam frequenter rem presentem que-  
 rimus. aut etiam quam manu tenemus. Querit quare Christus sic voluit  
 erit apparere discipulis. quod tamen eum non agnoscerent. Et dicendum  
 secundum Theophrastum. quod tres cause sunt de hoc. Prima quod ideo noluit cognosci  
 ut discipuli non cauerent sibi ab eo. sed totam suam intentionem  
 sibi appirent. Secunda ut postquam eum agnoscerent intelligerent. quod  
 quibus ipsum corpus quod passum est resurrexerit non tamen erat visibile  
 omnibus. sed solis illis a quibus vellet videri. Tercia ut intelligant quod  
 post resurrectionem conversatio eius non erat digna mortalibus. sed  
 cum angelis magis. Quarta causa secundum Gregorium. quod tale se illis demonstra-  
 vit exterius in oculis corporis quibus apud illos erat interior in oculis  
 cordis. ipsi enim Christum amabant. et tamen de illo dubitabant quod igitur  
 ipsum amabant: et ob hoc de illo loquebantur. ideo suam presentiam  
 illis exhibuit: quia vero de ipso dubitabant. ideo agnitionis sue spe-  
 uem ab eis abscondit. Item querit quomodo fieri potuerit ut illi di-  
 scipuli presentem Christum non cognouerunt. Et dicendum quod Luc. assignat  
 causam ex parte discipulorum dicens: quod oculi eorum tenebantur: ne eum  
 agnoscerent. Marcus vero assignat causam ex parte corporis Christi. dicens  
 quod Christus ostendit se illis in alia effigie utriusque autem verum est. nam oculi  
 discipulorum impediebantur: ne Christum agnoscerent ex tribus. vel quod  
 tamen erant repleti tristitia et dolore cordis: ut etiam presentem quem  
 desiderabant: non agnoscerent. aut quia vehementer imaginatio  
 mortis. tollebat credulitatem vite. aut etiam ut dicit Augustinus. in  
 ipsis oculis eorum operatione sathane caligo quedam erat. fluxu  
 alicuius humoris tanta. per quam impedire volebat dyabolum:  
 ne Christum agnoscerent. Potest etiam causa huius accipi ex parte  
 corporis Christi. quia dicit Marcus quod ostensus est eis in alia ef-  
 figie nam ut dicit Severinus. licet Christus in resurrectione cor-  
 poris substantiam et naturalem effigiem non mutauerit. muta-  
 vit tamen gloriam. quia ex mortali factus est immortalis unde  
 fieri potuit: quod propter novam glorificationem corporis: subito  
 visus non cognosceretur. sicut quem cognovimus infantem:



## Sermo

non statim cognoscimus factum virū q̄ Tercio ponitur  
xpi allocutio. et ait ad illos. sic em̄ intendebāt discipuli h̄monibz  
de xpo. q̄ nō aduertebant eū esse illis p̄sentē. nec ei loquebant̄  
et ideo ip̄e primit̄ eis locutus est: Ut puocaret eos ad collo  
quiū. Qui sūt hy sermones quos asertis adinuicem. et nihil in  
loquimini. ambulātes. et estis tristes. h̄ac tristitiā p̄dixerat illis  
xps. Jo. 16. Amē amē dico vobis: qz plorabitis et flebitis vos  
mundus aut̄ gaudebit. vos tristabimini: sed tristitia v̄ra ver  
tet in gaudiū. Quarto tangit̄ discipuloz responsio et respondēt  
vnu: cui nomē Cleophas dixit ei. quasi obiurgando. Tu so  
lus pegrinus es in ierlm. quia em̄ vultū eius non cognoscebat  
ideo pegrinū eū putabat. qz forte ad diē festū pasce a remotis  
venisset regionibz. et reuera putat dicit. Beda pegrin⁹ illis erat.  
primo qz p̄ resurrectionis gloriā longe distabat a fragilitate na  
ture eoz. Secūdo qz videi eoz erat extraneus. Tercio qz huic  
mūdo vere erat pegrin⁹. ex hoc q̄ sua conuersatio nō erat cū mor  
talibz. p̄s extraneus factus sum fratribz meis. et pegrinus filiis  
m̄ris mee. et nō agnouisti q̄ facta sunt in illa. sic inaudita. hys  
diebz. tam recent̄. mirabat̄ Cleophas q̄ tante rei magnitudo  
eum solū lateret. Nam ea q̄ facta fuerunt: erant publica. qz tota  
ciuitas fuerat cōmota. et plurima signa in xpi morte appuerunt  
vñ quia pegrini vsueuerunt de inq̄rendis nouitatibz esse soliti.  
ti. habebat Cleophas p̄ inuēienti: q̄ ista laterēt hūc pegrī  
num cū hoc etiā tantus erat dolor cordis q̄ cām huius dolor  
is credebāt oibz esse notam. Quinto ponit̄ xpi requisitio de h̄is  
que facta erant. quibz ille dixit. quasi extrane⁹ illis loquebat̄.  
que sunt ista facta in Ierusalem hys diebz. Ip̄e optime noue  
rat: que facta fuerāt. et tamen voluit ab eis audire. ut ex relati  
one magis accendat̄ in amorem. et ut ex verbis eoz cām in  
structionis summat. atqz ideo qz delectabat̄ xps audire ab illis  
ea que facta fuerāt. licz ea sciret sicut delectat̄ m̄ audire loquen  
tem filiū et mgr̄ disputantem discipulum. licz nouerint que di  
cunt. ¶ Deinde adiicit̄ responsio discipuloz. in q̄ conti  
nent̄ tria. cōmendant em̄ p̄rio p̄sonam xpi. Secūdo passionem  
exp̄imūt. Tercio de resurrectione et q̄si in vmbra et sōmādo lo  
quunt̄. Cōmendant igit̄ p̄sonam xpi respectu sui. respectu dei.  
et respectu pximi. et dixerūt ei. curiales fuerunt. qz cāz tristitiē  
sue manifestarūt cōmiti vie eoz. xps em̄ licz pegrin⁹ videbat̄  
erat tñ affabilis et conuersationis honeste. Commendāt aut̄ xpi  
nomen. de ih̄u ecce igit̄ qz saluator. quasi dicant. causa tota no  
stre tristitiē ē d̄ ih̄esu Nazareno. ecce cōmēdatio p̄rie. Nazaren⁹



enim floridus vlt sanctus dicitur et xps est ipse qui dicit Can. 2. Ego flos campi et lilium euallium. Item commendant virtutem. qui fuit vir. virtuosus. Luc. 6. Virtus de illo exibat. et sanabat oēs. Item commendant officium. ppheta. Jo. 6. hic est vere ppheta qui venturus est in mundum. Et attende vt dicit. glo. qui pphetam magnum eum facent. tacent aut filium dei vlt quia nondum pfecte credunt. Vel qz si credunt timent tamen resisti. nescientes cum quo loquant. ne forte traderent in manibus iudeoz. Item commendant opus. potens in ope. s. in sanadis languoribus. eiciendis demonibus. suscitandis mortuis. veterisqz opibus mirabilibus. que diuinitatis potentiam demonstrabant ps. potentiaz tuam vsqz ad altissima. que fecisti magnalia etc. Item commendant doctrinam: et potens sermone: tum qz solo sermone oia que voluit fecit. Tum etiam qz sermone illius nullus resistere poterat Luc. 4. stupebant in doctrina eius. quia in potestate erat sermo eius. Deinde commendant eum respectu dei. coram deo. acceptus scz deo in oibus predictis Mat. 3. Dic e filius meus dilectus etc. et Ps. 42. Electus meus complacuit sibi. in illa aia mea. Vltimo commendant eum respectu primi: et omni populo id est in predictis omnibus acceptus fuit vniuerso populo Luc. 13. Dominus populus gaudebat in vniuersis que gloriose fiebant ab eo. Attende quia satis apparet qz ista duo discipuli amabant xpm cum ita diligenter eum multipliciter commendabant: ita vt audientes incitarent ad amorem xpi: vbi ipse esset xps. Deinde passionem xpi explicant. que illis erat causa tristitie. et quod certe per inuidiam. hec est fera pessima. que deuorauit Joseph. Gen. 32. Tradiderunt eum gentibus et Pylato: summi sacerdotes. qui illum venerari debuerant. in quo designant sacerdotes et clericos fuisse in culpa. et principes nostri. tpale dominium expriment. in dampnationem mortis. qui erat vite auctor. et genus mortis ignominiose insinuāt: et crucifixerunt eum: Sap. 3. morte turpissima dampnemus eum. aggrauat aut causa tristitie ex hoc. Nos aut sperabamus. eo viuente. quasi dicant ammodo desperamus. ex quo mortuus est: qz ipse esset redempturus Isrl. Theo. Sperabant inquit xpm debere redimere iudeos a seruitute romanoz. et a malis ingruentibus ipm qz credebant debere fieri terrenum regem. hodie etia iudei non expectant a messia nisi redemptionem corporalem. cum tñ principaliter querendū sit liberari a seruitute peccati. et nunc sup hec oia tertia dies est hodie: qz hec facta sunt. hoc dicunt innuendo qz eum latere nō debuerant tam recens factum vlt fm Theoph. forte retolunt. quia



## Sermo

tertia die se predixerat resurrectuz. Deinde tercio de ipsa resurre-  
ctione quasi hesitando aliud dicunt. sed etiā mulieres quedaz ex  
nr̄is. i. de nostro sortio que xpo erant familiares sicut et nos:  
iste fuit. Maria magdalene et maria Jacobi et Saloe Mar-  
16: terruerunt nos: vel p̄ corpe qd̄ crediderunt ablatuz v̄l h̄m  
Thop. de incertitudine rei. turbationis ⁊ stuporis causam sus-  
mebant. que ante lucem. hodie sc̄z in diluculo. fuerunt ad mo-  
numentū. Joh. 20. vna sabbati Maria magdalena venit ad  
monumentū: cum adhuc tenebre essent. ⁊ non inuento corpe.  
Luc. 24. Ingressa non inuenerunt corpus dñi ihesu. venerunt  
ad discipulos. Mat. 28. exierunt cito de mouimento cū timore  
et gaudio magno. et venerunt nūtiare discipulis dicentes se eti-  
am visionem angeloꝝ vidisse. Luc. 24. ecce duo viri astiterūt  
secus illas in veste fulgenti. qui dicunt eū viuere. Lu. 24. quid  
queritis viuētē cū mortuis non est hic sed̄ surrexerit. et abie-  
runt quidam ex nr̄is. Jo. 20. exiit Petrus et discipulus ille  
quem diligebat ihesus. Et venerunt ad monumentū. et ita in-  
uenerunt sicut mulieres dixerūt. sc̄z monumentū aptum et va-  
cium. et posita linteamina: vt dī. Jo. 20. Ip̄m vero non inue-  
nerunt. vnde existimauerunt corpus esse ablatū dixerat em̄ eis  
Maria tulerunt dñm meum de monumento. Et nescio vbi po-  
suerunt eum. Jo. 20.

Secunda pars. D

Secundo cum dicit. Et ipse dixit tangit qualiter xps  
dubitantes discipulos instruxerit. et tria facit. pre-  
mittit em̄ reprehensio incredulitatis eoz. et ipse di-  
xit ad eos o stulti: p̄ cecitatem intellectus et ignorā-  
ciam. ⁊ potissime stulti erant sperantes tyalem redemptionē. cū  
tñ xps sp̄ialem pmitteret. erant etiam stulti. credentes q̄ xps  
non posset saluare. ex quo erat crucifixus. vñ h̄m Thop. quasi  
dixerant similia astantibus cruci: alios saluos fecit. seip̄m nō p̄t  
saluum facere. et tardi corde. p̄ pigritiam et duriciam mētis. ad  
credendum in om̄ibz. quia non sufficit vnum em̄ credere. vt ser-  
monem passionis: nisi etiam sit fides resurrectionis et oim̄ que  
locuti sunt p̄phete. oia em̄ que euenerunt d̄ xpo p̄phete p̄dixerūt  
Dsee. 12. Ego dicit dñs visionē multiplicauī. ⁊ in manu p̄ph-  
taz assimilatus sum. vere multiplicauit p̄phetaꝝ visiones: qz  
a principio mundi vsq̄ ad xpm non desistit deus oñdere quid  
esset futuz. ⁊ multiplicatę sunt visiones sup̄ numez. ita vt to-  
ta scriptura sit plena in manibz. ⁊ in opibz p̄phetaꝝ assimilatus  
fuit xps sicut in immolatione Isaac. vbi p̄t passio et resurre-  
ctio et venditio: et principatu Joseph vbi eadem demonstrā



et fuga Moyli et dominio atque in cunctis figuris veteris legis. in quibus passio christi et resurrectio erat assimilata. Ad u. 3. Deus per nuntiavit per os oim prophetarum pati christum suum. et sic implevit. Sedo addit instructio salutifera. Nonne hoc oportuit pati christum. quod dicitur non putatis quod propter hoc ipse non sit christus quia passus est: quia sic oportuit fieri. Oportuit quidem primo. quia sic deo placuit. et sic erat diffinitum consilio trinitatis ab eterno. Psal. 53. oblatum est: quia ipse voluit. Item oportuit propter salutem humani generis. Io. 11. Expediit ut vnus homo moriatur pro populo: et non tota gens pereat. Item oportuit quia licet aliis modis fuisset possibile diuine virtuti nullus tamen fuit congruentior nostre miserie: ut dicit Augustinus. sed si oportebat christum pati. videtur quod non peccauerint qui eum occiderunt. Ad hoc sic respondet abbas Hilidorus dicens: quod diuinum propositum de passione christi erat ex compassione et inestimabili caritate ad genus humanum: quia proprio filio suo non peperit deus sed pro nobis omnibus tradidit. executio tamen huius propositi impia fuit et crudelis. quia non ex caritate: sed ex inuidia et odio iudei occiderunt christum. unde non excusantur a culpa. Deus vero hac eorum malignitate usus fuit ad beneficium generis humani sicut medicus vipereis carnibus utitur ad antidoti salutiferi affectionem. Et si dicatur oportebat eum occidi ergo non peccauerunt occisores. Dicendum non valet: licet enim necesse sit euenire scandala verumtamen de illi homini pro quem scandalum venit: et ita pro passionem et mortem intrare in gloriam suam. Ad uerendum quod gloria christi triplex est. Vna respectu dei: que est primus et essentialis assistens in apta visione diuinitatis. et in fructu eiusdem: et hanc gloriam christus non introiit pro passionem et mortem: quia ab instanti sue conceptionis gloriosus fuit. et animam eius vidit diuinam etiam. sed tamen hanc gloriam meruit nobis merito sue mortis: Secunda gloria est respectu sui ipsius: que consistit in indotibus anime et corporis. Vnde anime sunt: ut anima non possit trisari de presenti malo. nec timere futurum. et cum hac claritate diuina illuminet caritate insuet et securitate firmet. christus autem dotes istas pro excellentiaz meruit etiam ab instanti sue conceptionis pro gratia et caritatem. et dona cetera quibus plenus erat. sed nihilominus easdem dotes alio etiam modo meruit. scilicet merito passionis. quia anima eius ante trisabatur: sed postea fuit in eterno gaudio. Item timebat christus. sed post mortem habuit securitatem unde pro mortem anima eius meruit impassibilitatem. gloriam etiam corporis meruit. que est claritas. impassibilitas. agilitas. et subtilitas. Tercia gloria est respectu hominum quia pro passionem meruit glorificari ab omni populo tanquam deo



## Sermo

Phil. 2. Xps p nobis factus est obediens vsq; ad mortem. mox  
aut crucis. ppter qd x̄. R Deinde scripturas explicat. et  
incipiens a moysi. a quo scriptura legis incipit. et oib; pphetis  
subsequētib; interpretabat. et exponebat. in oib; scripturis que  
de ipso erant ps. Dñs narrabit in scripturis p̄loz. Nam moy  
ses dixit. Deu. 18. Propheta de gente tua et de fr̄ib; tuis sicut  
me suscitabit tibi dñs. Item ps. foderunt manus meas et pedes  
meos x̄. Ysa. 53. Sicut onis ad occisionem ducet Jere. 11. Ego  
quasi agnus mansuetus. qui portat ad victimam Tren. 4. Spi  
ritus ois nostri xps dñs occisus est in peccatis nr̄is Ezech. 22.  
Ecce princeps isrl̄ singuli in brachio fuerunt in te ad effunden  
dum sanguinem Dan. 9. Post ebdomodas. 62. occidet xps. et  
non erit eius plus qui eum negaturus est Zach. 9. Tu q̄ i sa  
guine testamenti tui emisisti vindictos tuos de lacu. in quo non  
erat aqua tales oēs scripturas exponebat xps discurrens p sin  
gulos pphetas. et ista locutio xpi erat delectabil; discipulis nec  
tñ adhuc cognoscebant xpm in verbis. audientes em̄ eum sic  
loquentem. statim debuissent dicere hic est xps. sed sicut tenebā  
tur oculi eoz. ita etiam aures impediabant: ne eū agnoscerēt  
L Tercio ponit familiaritas xpi ad discipulos in viuendo.  
et a p̄pinquauerunt castello quo ibant. non fuit eis tedio via.  
delectatis dulcedine sermonis xpi immo forte visū est eis nimis  
cito venisse. et ipse finxit se longius ire. ac si deberet ire ad locuz  
magis distantim. Sed cum factio videat esse quedam duplici  
tas in verbo aut in facto. que non est sine mendatio. dubium ē  
quō xps q̄ simplex veritas est. aliud finxit facto qd tñ sic nō  
erat. Et dicendū h̄m Augu. q̄ non ois factio est mendacuz qñ  
illud qd fingimus: nihil significat. qñ vero factio in aliquā sig  
nificationem refert: non est mendaciū sed figura veritatis sicut  
sunt verba sapientum. et etiam ipsa dñi dicta in figuris in quib;  
bus non est veritas in eo q̄ sonant. sed in eo cuius gr̄a assumū  
tur. nolebat igit xps longius ire. sed finxit se vt h̄m Gre. signi  
ficaret q̄ longe erat et pegrinus a fide eoz. et rogerunt eū pe  
cibus et quasi traxerunt dicentes. mane nobiscū: qm̄ advespa  
scit. incipit fieri nox. et inclinata est iam dies. ad occasum ex q̄  
exemplo vt dicit Gre. colligit. quia pegrini ad hospiciū non  
solum inuitandi sunt. sed etiam cogendi. Rogemus et nos sal  
uatorem nr̄m: vt in istis paschalib; maneat nobiscum. quia ad  
uesperascit mundus vanitatib; et erroz tenebris. Et deuotio  
nis feruor iaz incipit declinare. Vnde toto isto tpe pascali cātat  
ecc̄ia. mane nobiscum dñe quoniā aduersperascit. et intrauit cum



illis in hospicium. vere benignus et curialis socius: quia non fuit in exorabilis. et factum est dum recumberet cum illis. quando eum putaret pegrinum et pauperem. non seorsum: sed secus posuerunt eum in mensa. Mat. 24. pauperes semper habetis vobiscum. accepit panem. usus erat christi recubentis accipere panem et dispensare discipulis. et benedixit aliqua verba benedictionis protulit. et fregit. dicitur frequenter licet absque auctoritate: quod ita frangebatur christus panem sola manu. ac si cultello incidisset: et porrigebat illi tamquam dispensator: et maior in mensa. Tercia ps. 139. Erat cum deo et statim aperti sunt oculi eorum tangit quod christus cognitus fuerit a recubentibus discipulis et tria facit. Primo ponitur manifesta christi cognitio: et aperti sunt oculi eorum. non enim ut dicit Augustinus. clausis oculis ambulauerant. sed inerat eis aliud impedimentum: ne eum agnoscerent. quod versus in hanc horam permissum est vel secundum Crisostomum. non sensibiles oculi. sed oculi mentis aperti sunt. et cognouerunt eum. quem non cognouerant aspectu nec auditu. cognouerunt. in fractione panis. fortasse propter hoc. quia mos erat christi discumbentibus accipere panem. ac benedicere et frangere. et porrigere discumbentibus quod illi videntes eum tunc fecisse. rememorati sunt moris eius. et scintilla quedam excitauit eorum eorum unde intuentes vultum eius cognouerunt eum esse christum ubi duo consideranda sunt. Primo secundum Augustinum. hic commendatur misericordie opera praecipue hospitalitatis officium quia multo magis qui per scripturas non potest christum cognoscere per opera misericordie christum suscipit et cognoscit. Exemplum dicitur beatus Gregorius. qui in naufragio christum suscepit hospicio. de quo cantatur. Ihesus hic anima que christo patuit et conuiuam de caelis habuit Ihesus secundum Theodorem. considerandum est quod magnam et ineffabilem virtutem habet caro christi: quia sumentibus corpus christi aperiuntur oculi mentis ut eum agnoscant. et ipse euauit. et disparuit ex oculis eorum statim ut eum cognouerunt eis disparuit. **N** Sed queritur quare dominus cognitus statim se occultauerit debuisset enim consolari per suam presentiam amicos suos. qui amabant et desiderabant. Et dicendum quod disparuit eis propter tria. Primo secundum Theodorem. ut animum eorum magis accenderet in amorem. Secundo ut ideo dicit: ne sua presentia esset illis causa erroris. putantes quod tale corpus haberet quale prius. Tercio secundum glossam. subtrahit carnalibus oculis species infirmitatis. ut mentibus apparere inapiat gloria resurrectionis. Secundo ponit mutua discipulorum lamentatio obstupuerunt enim et quasi attoniti remanserunt christo dispersis



## Sermo

Et dixerunt adinuicem lamentando. quia tã diu eum desidera-  
uerant et tamen cum eum cognouerunt disparuit. nonne cor  
nr̃m ardens erat in nobis. seipos reprehedebant. et cum lamen-  
tatione dicebant quare aspectum eius non cognouim9. cur ad  
verba ipsius non aduertimus. quare eum non apprehendim9  
et retinimus: quem desiderabamus. presertim cum totum cor  
nostrum arderet in amore eius. Et videret nobis q̃ ipse eet. dũ  
loqueretur in via. sic amicabiliter. sic affabiliter. sic dulciter. sic  
q̃ subtiliter. et apperiret nobis scripturas eas exponendo. **D**  
Quab9 aut̃ ex causis ardebant corde xpo loquente. Primo rati-  
one ipsius diuini sermonis de quo Gre. dicit Ex audito sermo-  
ne xpi mardefcit animus corp9. frigus recedit. fit mens in sup-  
no desiderio anxia audire libet precepta celestia. et quot manda-  
tis instruit. quasi tot facib9 inflammat. Secdo ad verba xpi ar-  
debant vt dicit Theo. quia eo differente scripturas p̃llebatur  
intrinsecus cor eoz q̃ ille qui differebat dñs esset. verba enim  
xpi intrabant p̃ aures vsq̃ ad cor eoz et inuuebant q̃ ipse qui  
loquebatur esset xpo. et ardebant desiderio. nec tñ audebant in-  
terrogare et tangere eũ. Tercdo ponitur predicatio resurrectionis  
xpi. et resurgentes eadem hora. non fuit illis cure manducare.  
nec hora tarda eos retinuit. nec via longa. nec etiaz causa pro  
qua venerant in castellum. sed statim regressi sunt in ierl̃m suspi-  
cando ingrediebantur loquentes de xpo. et vt puto frequenter  
ad inuicem dicebant. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis  
dum loqueretur in via. et apperiret nobis scripturas. et inuene-  
runt congregatos. 11. aplos in cenaculo. vbi dñs ante passio-  
nem fecerat cenam cum discipulis suis. et eos qui tuz ipsis erat  
alios discipulos et mulieres et forte cum illis etiaz erat virgo  
mater dñi dicentes cum gaudio et leticia. quia surrexit dñs ve-  
re dñs Mat. 28. data est mihi inquit potestas in celo et in terra  
vere non false vt dicunt iudei. non fantastice. vt fingũt in amich  
ei. sed vere viuificante anima corpus illud idem integraliter. a q̃  
seperata fuerat in morte et sanguine sparso in cruce reassumpto  
et apparuit Symoni Beda omnium inquit virozũ prim9 dñs  
intelligitur apparuisse Petro et hoc ppter duo vt dicit Criso:  
Primo quia ipse Petrus primo cõfessus est eum xpm. ideo pri-  
mo vidit eum resurgentem. Secdo quia Petrus euz negauerat  
ideo prius sibi apparuit. cõsolans eum. de ista apparitione facta  
Petro nullus euangelista dicit qñ fuerit. sed creditur q̃ sibi do-  
min9 apparuit: qñ audiunt a mulierib9 xpm surrexisse et cucurrit  
ad monumentum vt dicit Luc. aplis autez resurrectionem xpi



predicantibus cum gaudio. et ipsi discipuli qui venerant de emaus  
narrabant per ordinem que gesta erant in via. quia. scilicet. ipsis lo-  
quentibus de his omnibus que acciderant. Iesus appropinquavit inter-  
rogans eam tristitiam eorum et quod durum illis referentibus stultitiam  
et tarditatem cordis eorum reprehenderit atque scriptas eis exposue-  
rit et quod appropinquantibus castello ipse finxit se longius ire et ip-  
si eum cogerant secum manere. et quia panem accepit. benedi-  
xit fregit. et illis porrexit. et quod cognouerunt eum in fractio-  
ne panis. ex qua relatione gaudium magnum factum est apostolis ha-  
bito testimonio ex diversis partibus resurrectionis christi cuius gau-  
dium participes nos faciat ipse. qui resurrexit a mortuis. immorta-  
lis deus in secula amen etc.

**Seria tertia post pascha. Prima pars  
sermonis. Tricesimiseptimi.**

Stetit ihesus in medio discipulorum suorum. et dixit eis  
pax vobis. Lu. 24. hoc idem legitur Jo. 20. Refe-  
rentibus illis duobus discipulis qui venerant de emaus  
quod christum cognouissent in fractione panis aliusque  
dicentibus. quia surrexit dominus vere. et apparuit sym-  
moni. ut appareret in factis: quod verbo predicabat. ecce quia eis  
loquentibus ipse ihesus stetit in medio discipulorum. et fecit ea. de quibus  
agitur in presenti euangelio. in quo tria tanguntur. Primo  
eius gloriosi corporis sui presentiam exhibuit discipulis de se loquen-  
tibus. Secundo vere resurrectionis testimonium adhibuit eis dubitan-  
tibus ibi. Et dixit eis. quid turbati estis. Tercio sacre scripture in-  
telligentiam aperuit eisdem ignorantibus ibi. Tunc apparuit illi  
Circa primum tria facit premitit eum euidentem saluatoris presen-  
tiam stetit ihesus in medio discipulorum suorum. Cirillus creato inquit  
affectu discipulorum ad visionem christi venit desiderat9 cunctas ge-  
nibus. et querentibus et expectantibus reuelat. Mat. 18. Vbi duo  
vel tres aggregati fuerint in nomine meo. ibi sum in medio eorum  
Nota quod stare in medio discipulorum uenit christo propter emi-  
nentiam suam que est super omnes. 1. Re. 10. Stetit saul in medio po-  
puli et altior fuit uniuerso populo ab humero et sursum. Sunt autem  
plurima illa propter que stat in medio christus. primo namque stetit in  
medio discipulorum sicut uiuificator eo modo quo cor est in medio cor-  
pis quod ab ipso uita procedit. Gen. 2. Et produxit deus ab humo-  
re de beate marie uirgine lignum uite. christum in medio paradisi. Ite-  
rum stetit in medio uelut illuminator. sicut sol est in medio celorum: ut  
superiora illuminet et inferiora Josue. 10. stetit sol in medio celi:  
ut illuminet omnem hominem uenientem in hunc mundum. Item